# Allegationes iuris pro Officio Oeconomi Regij, dat[illegible] à Doctore Papirio Cattaneo, postea Senatore electo.

ECclesiarum appellatione etiam Cathedrales comprehenduntur, quando materia est fauorabilis Doct. omnes in c. quamuis il primo §. quamquam de præb. in 6. Abb. in c. cum super in 2. not. de sepult. Felin. in c. in nostra num. 40. vers. & intellige, de rescript. Deputatio autem Oeconomi generalis fauorabilis dignoscitur ex prohæm. Breu. Clem. VII. cum fiat ad tuenda bona Ecclesiarum ab vsurpationibus, & inuasionibus, qui finis nemini fauorabilis non videbitur. Rursus loquitur ea deputatio non de Ecclesijs Ciuitatis, sed totius huius Status Mediolanensis, & sic de Ecclesijs prouinciæ. quo casu etiam Cathedrales, & Metropolitanæ compræhenduntur, licet aliàs speciali nota dignæ videri possent; vt præcisè decidit tex. in d. §, quamquam, vers. secus autem, & ibi not. glos. & Doct. omnes, præsertim Gemin. num. 4. & Franc. num. 1. & ante eos Io. Andr. ante fin. num. 1. in vers. prouinciæ, vbi vult, idem esse, quando de Ecclesijs alicuius Regni, Principatus, vel Ducatus facta esset mentio. Tertio, in memorata deputatione non fit mentio simpliciter Ecclesiarum, sed cum illa dictione, Quarumcunq; propterea etiam Cathedra. & Metropolitana compræhenditur. Felin. in d. c. in nostra sub nu. 40. vers. fallit septimo Rot. decis. 233. num. 5. & 7. p p. in nouiss. Vltimo, obseruantia subsequuta confirmauit hanc intelligentiam. Vnde ab ea recedi non potest, ad trad. latissime per Ioseph Ludou. concl. 84.

Quasi possessio deputandi Oeconomum pro administratione Episcopatus vacantis quæsita videri non potest capitulo in casu existentis Oeconomi generalis, ex eo quod in penul. vacantia eum deputauerint, quia tunc non aderat Oeconomus generalis, prout in hac vltima vacantia, & hoc ca-

su

ſu quaſi poſſeſſio reperitur ex latere Oeconomi generalis, qui in antepenultima adminiſtrauit dictum Archiepiſcopatum, vidente, & ſciente Capitulo. Vnde ad hunc casũ extendi non poteſt quaſi poſſeſſio Capituli, vt per Felin. in c. audiſtis enim de præſcript. Puth. deciſ. 310. lib. 2. Tantò magis, quia tempore penultimæ vacantiæ, ſi extitiſſet Oeconomus generalis, nullo modo potuiſſet Capitulum ſe ingerere, ex quo in altera proximè precedente Oeconomus generalis adminiſtrauerat. Vndè in ſummariſſimo poſſeſſorio Capitulum omnino ſuccubuiſſet, attento vltimo ſtatu, ſecundum vulgatas regulas; quod efficit, vt præſumatur, capitulum tunc ſe ingeſſiſſe hac vna ratione, quia videbat, non extare Oeconomum generalem; vt ſic præſumatur actus factus ex cauſa, & contemplatione licita, ad trad. per Bar. in l. non ſolum §. ſed vt probari ff. de oper. no. nunc. & Doct. in c. in præſentia, de probat.

Per mortem Greg. XIIII. non dicitur ita extinctum eius beneplacitum, vt authoritas Speciani expirauerit, quia c. ſi gratiosè, de reform. in 6. non procedit in officijs, vt per Xibecc. Hiſpanum inter conſ. Bologneti conſ. 3. num. 120. 124. cum ſequen. Rurſus non procedit in officio publicam vtilitatem concernente; Durat enim tunc, quouſq; detur ſucceſſor, Bald. in l. Meminiſſe num. 4. ff. de off. proconſ. Vant. & Menoch. tum, & alios citans, de arbitr. Iud. q. 69. num. 8. & 9.

Per conſuetudinem antiquam, nempe annorum 40. acquiri potuit Principi Sæculari ius deputandi Oeconomum pro cuſtodia, & adminiſtratione bonorum Eccleſiarum vacantium, tex. eſt in c. generali de elect. in 6. verſ. qui autem, vbi gloſ. in verbo vniuerſos, & in ver. bona, intelligit textũ illum etiam in laicis, prout intelligunt etiam communiter Doct. vt latiſſimè per Theſau. deciſ. 131. per totam, & huiuſmodi conſuetudo fortius procedere debet in Cathedralibus, attenta prærogatiua cuſtodiæ in eis ſpecialiter tributæ Regibus, & Principibus c. lectis 63. diſtinct., vbi Archid. & Gemin. Bal. in c. quanto in fin. verb. de Iudic. Marc. deciſ. 66, p. 2. Theſau. d. deciſ. 131. ſub num. fin.